



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

115. Ut nullus causam judicatam iterare præsumat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut nullus causam judicatam iterare præsummat. Ex Capitularium lib. III.
cap. XXXI.

Lib. 3. Capi-
tular. c. 31^o

C X V. Si quis causam judicatam repetere præsumpserit in mallo, ibique testibus convictus fuerit, aut quindecim solidos componat, aut quindecim iectus à Scabinis qui causam priùs judicaverunt accipiat.

Ut femina de adulterio inculpata, si cum marito debet inire certamen legale, suz potestati debet ad tempus restitui. Ex epistola Nicolai Pape.

Nicol. I.
epist. 50.
Burchard. lib.
9. c. 52.
* Apud Sir.
mond. nulla
ratio patitur

C X VI. Præterea, sive de conjugij fœdere sive de adulterij criminis judicium sit agendum, * nulla ratione patet Thietbergam cum Lothario posse inire conflictum, vel legitimum controversiæ inire certamen, nisi priùs ad tempus fuerit suæ potestati & consanguineis propriis liberè sociata; inter quos etiam locus providendus est in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, & non sit difficile testes producere vel ceteras personas quæ tam à sanctis canonibus quam à venerandis Romanis legibus in hujusmodi controversiis requiruntur. Hæc idcirco diximus ut ostendamus quem legum conflictum Lotharius congregandi possè autumat cum persona quam in suis penetralibus cotidie fatigat & conterit, quando vult ad judicium educit, quando vult ad clausura reducit, & quando educita fuerit, nisi ea profiteatur quæ ipse præceperit &c. Proprijs igitur libertati committi & ab omni oppressione ac